Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

usin grauom babylonis iechonias genuit salathiel
Salathiel autē genuit zorobabel. zorobabel autem
genuit abiud. Abiud autē genuit eliachim. elia
chim autē genuit azor. Azor autē genuit sadoch. sa
doch autē genuit achim. Achim autē genuit eliud.
eliud autē genuit eleazar. Eleazar autē genuit mathan.
mathan autē genuit iacob. Iacob autē genuit ioseph
virum mariē. De qua natus est ihs qui uocatur xpc.

Cornelij et Cypriani lō. Lingua sapientiē ornat. sa

Illo t. Dixit dns i turbis iudeorū. Ue uobis qui
edificatis monumēta ꝓphetarū. patres autē uri occiderūt
illos. Profecto testificamini. quod consentiatis opibus patrū
uriū. quos quidem ipsi eos occiderunt. uos autē edifica
tis eorū sepulchra. Propterea et sapia dei dixit. Mittam
ad illos ꝓphetas et apl̄os. et ex illis occident et persequent
ut inquiratur sanguis omnium ꝓphetarū. qui effusus est
a constitutione mundi. a generatione ista. a sanguine abel usq
ad sanguinē zacharie qui periit inter altare et edem. Ita
dico uobis requiretur ab hac generatione. Ue uobis legis
peritis qui abstulistis clauem scientie. Ipsi uos introistis et
eos qui introibant prohibuistis. Cum hec ad illos diceret.
cepunt pharisei et legis periti graiiter insistere et os ei ob
primere de multis insidiantes ei. et querentes capere aliquid
exore eius. ut accusarent eum. **Inexaltatione s. Crucis lō.**
Hoc est enim testimonium nostrum. **Secundum lucam.**

Illo t. D. d. i turbis. Ego si exaltatus fuero
a terra omnia traham ad me ipsum. Hoc autē dicebat sig
nificans qua morte esset moriturus. Respondit ei turba
Nos audiuimus ex lege quia xpc manet in eternum.